FABULA DE
PETRO CUNICULO

a

BEATRIX POTTER

Beatrix Potter scriptus

Wm A Hanes conversus

Copyright © 2013 William Arthur Hanes

Olim quattuor parvi cuniculi erant que nomina sua — Flopsi, Mopsi, Cauda-gossypina et Petrus erant.



Cum Matre in syrte incolebant sub radice abietis valde magnae.

"Age ergo carae meae," dixit Domina Cuniculus vetus quodam mane," in campis vel deorsum praeter semitam ire possitis: sed ne in hortum Domini McGregoris eatis: Pater vestrum illic casum expertus est; Domina McGregor eum in scriblitam posuit!"

“Sic currite et ludite et ne maleficio agatis. Foras exeo.”

Tunc Domina Cuniculus vetus corbem umbellamque cepit et per silvam ad pistrinam ivit. Panem fulvum et quinque collyrides ribesiorum emit.

Flopsi, Mopsi, et Cauda-gossypina qui parvi cuniculi boni erant, deorsum semitam mora lectum iverunt:

Sed Petrus, qui valde improbulus erat, directe ad hortum Domini McGregoris cucurrit et sub porta reptavit!



Primum aliquas lactucas deinde aliquas fabas virides denique aliquos raphanos edit ;

Que deinde, paululum nauseans, aliquid petroselini inventum ivit.

Sed cum finem formae cucumeris circumvenit, quem conveniat praeter Dominum McGregorem!

Dominus McGregor in manibus genibusque plantas brassicarum exponebat sed exsurrexit et post Petrum cucurrit, rastellum vibrans et exclamans, “Asta fur!'

Petrus maxime horrendum in modum territus est; quoquoversum in horto ruit, quia viam ad portam redire oblitus est.

Unum calcei in brassicis amisit et reliquum inter poma terrestre.

Post eos amisit quattuor cruribus cucurrit et celerior ivit ut puto plane fugere potuerit si infeliciter in rete acini grossulae ne cucurrit et per globulos iaccae illaqueatus erat. Iacca caerulea cum globulis orichalci omnino novis fuit.

Petrus se deposuit quasi pereat et magnas lacrimas profudit, sed singultus eius auscultati sunt ab aliquibus passeribus amicis quibus ad eum in commotion volaverunt et eum viribus eniti imploraverunt.

Dominus McGregor cum cribro subvenit quo super Petrum iacere in animo habuerit sed Petrus tempori e reti torsit iaccam reliquit.

Que in tugurio instrumentorum ruit et in nassiternam saluit. Res pulchra in qua latere fuerit si tantum aquam non tenuerit.

Dominus McGregor Petrum alicubi in tugurio instrumentorum esse pro certo habuit, fortasse sub olla floris. Eas diligenter evertere coepit, sub singulis spectans.

Mox Petrus sternuit—'*Kertsu*!' Dominus McGregor sine mora eum insecutus est.

Que pedem super Petrum ponere conatus est, quem a fenestra saluit tribus plantis eversis. Pro Domino McGregori fenestra nimis parva erat et post Petrum currente defatigatus est. Ad operam redivit.

Petrus requiesceat sedit; examinis et terrore tremulus erat et minimam sententiam per quam viam ire non habuit. Valde madidus erat etiam ob sedentem in nassiterna.

Paulo post pervagari incepit, saliens *lipiti—lipiti*—non celeriter et circumspectans quoquoversum.

Ianuam in muro invenit; sed obseratus est et nullum spatium ubi parvus cuniculus pinguis sub ea repere posse erat.

Mus vetus in et foras supra liminem lapideum currebat, pisa fabasque ad familiam in silva ferebat. Petrus eam viam ad portam rogavit, sed in ore pisum tam magnam ferebat ut respondere nequivit.
Tantummodo ad eum caput nutavit. Petrus lacrimare coepit.

Tunc viam directe trans hortum reperire conatus est sed magis magisque confusus factus est. Mox ad stagnum ubi dominus McGregor nassiternas implet venit. Felis alba ad hippuros intuitus est; valde valde immota sedit sed interdum apicem caudae volitavit quasi vivus est. Petrus putavit optimum erit abire sine ei loqui; de felibus audivit a consobrino, parvo Beniamine Lago.

Retrorsum ad tugurium instrumentorum ivit sed subito admodum prope ab eo strepitum sarculi audivit—*skrit, skrat, skrat, skrit*. Petrus sub frutices volitavit. At mox quoniam nihil accidit, evenit et in pabonem ascendit et prospexit. Rem primam vidit Dominum McGregorem caepas sarculantem erat. Tergum eius ad Petrum versus est et ultra eum porta erat!

Petrus e pabone descendit profecto quiete; et quam celerrime potuit currere incepit, secundum ambulacrum rectum pone ribes.

Dominus McGregor eum ad angulum vidit sed Petrus nil moratus est. Sub porta reptavit et in silva extra hortum demum tutus erat.

Dominus McGregor parvam iaccam calceosque suspendit pro terriculo merulas terreat.

Petrus numquam currere destitit an post eum aspexit donec domi ad abietem erat.

Tam fessus erat ut in arena suavi molli soli foraminis- cuniculi se iecit et oculos clausit. Mater in coquente occupatus est; quid vestamentum egerat miratus est. Secundam parvam iaccam parque calcei quae Petrus amisit in quattuordecim diebus fuerunt!

Me paenitet dicere Petrum non valde sanum esse in vespere.

Mater eius eum in lectulo posuit et theam chamaimelonis concoxit; que Petro portionem dedit!

‘Una ligula hora somni captus sit!’

Sed Flopsi, Mopsi et Cauda-gossypina panem lactemque moraque habuerunt pro cena.

FINIS

William Hanes is married with three grown children. A retired computer programmer (Cobol) and amateur Latinist, he lives in downstate Illinois.